teriorum Religioſorũ, & Religioſarũ,etiam ſi ſint ex Mendicantibus,ſi iuxta ordinẽ ibi prędictum miſerint militem contra infideles,conſequantur Indulgentiam &. Ecce quomodo nominatim hic exprimit Religioſos ſuo nomine, etiam Mendicantium. Et ſubdit infra, quòd concedit ſua Sanctitas omnibus ſupra dictis, etiam ſi non ipſi perrexerint ad bellum, vt ſi contribuerint infra ſcriptam eleemoſynã,vt purius poſſint fundere pręces & orationes ad Deum pro victoria ſupra dicta, & vnione Principũ Chriſtianorum,quod poſſint eligere Confeſſorẽ. &.Si ergo,ait tenor Bullę, ſe hoc concedere omnibus ſupra dictis, inter quos etiam nominatim expreſſerat Religioſos, quomodo conſequens ſit, vt Religioſis per hanc Bullam licentia eligendi Confeſſorem,non concedatur?

¶ Doctiſſimus Pater Frater Ildephonſus de Noreña Ordinis Prædicatorũ in ſuo Compendio, verbo, Cruciata, dicit: ꝙ Fratres Mendicantes non poſſunt accipere Bullam Cruciatæ,nec illa vti [poſtquam acceperint] ſine licentia ſuorum Prelatorum, vt dicitur in Compen. Abſolutio ordinaria quo ad Fratres